



licet sophistarum, creuisse, ac veteres sapientia studiosos si vobiscum comparentur, viles admodum extiterit: h. r. Rectè omnino loqueris. s. o. c. Ergo si hodie Bias reuiscat, ad vos collatus ire iridetur, quem admodum ipsum Dædalum sculptores aiunt, si reuiscens talia fabricaret, qualia quondam ex quibus sibi gloriam comparauit, ridiculum fore. h. r. Sie seras habet vt ais, o Socrates. Veruntamen priuscos homines præferre semper recentioribus consueui, vt & viuientium inuidiam, & defunctorum indignatione vitarem. s. o. c. Probè, o Hippia, & sentire & loqui mihi videris. Ego quoque testari possum te vera loqui. Nā reuera vestrā facultas adauā est, que cum priuatis obire etiam publica potest. Gorgias. Gorgias quid hic Leontias sophista huc patriæ suæ legatus venit, vt prope qui esset ad tractanda ista publica munera Leontiarum omnium præfatiuissimis: & ad populum concionari præclarè iudicatus est, & priuatis disputando, & cum iuuenibus conuersando, magnum quæsum fecit, ceptique ex hac vrbe. Quinetiam si audire vis, amicus nosset Prodicus. Prodicus & sape alias publicis muneribus functus est, & nuper ex Ceo insula publicè veniens, cum in concilio dixisset, summopere probatus est: & priuatim sui speciem præbens, iuuenēque erudiens, pecunias innumeras est lucratus. E pristis autem illis nullus vnquam voluit argenti mercedem sequi, aut propriam sapientiam in cætu diuersorum hominum ostentare: adeo incepti & imperiti erant, eōsque quanti argenti sit, latobat. Sed vterque illorum quos modo reculi, plus argenti sapientia sua quam alius quis artem ex qualibet arte cumulauit. Idēque Protagoras ante illos effecit. h. r. Nihil, o Socrates, egregium hac in re nosti. Nam si videres quantum ego argenti lucratus sum, mirareris. Mitto alia. Verum in Siciliam quandoque profectus, vbi tunc Protagoras habitabat, summoque in honore habebatur, me senior, ego multo quam ille iunior breui plus quam ceterum & quinquaginta minas collegi, & ex regione quadam angusta, Inyca nomine, plus quam minas viginti: cumque domum rediissem, patri dedi: quod quidē tam ille quam reliqui ciues vehementer admirati sunt. Enimvero me plures ferè me pecunias quam duos alios simul quoscunquevis sophistas congregasse existimo. s. o. c. O rem præclarā: potissimum Hippia id argumentum est, quanto & tu & alij huius seculi veteres illos superatis. Nā quanta eorum, que ante Anaxagoræ tempora fuerunt, inscitia videri potest: Cum ille, contra ac vobis contigit, amplum patrimonium cum accepisset, neglectis dissipatisque dicatur, adeo stultè philosophatus est: de cæteris illorum temporum sapientibus alia quædam huiusmodi tradunt. Quapropter optimum hanc acutissime coniecturam videris, quod sapientes nostri superiorem præstant, multique in hoc consensunt, sapientem in primis sibi ipsi sapere oportere. Huius autem hæc est summa, vt argentum plurimum acquiratur. Et de his satis hoc autem mihi dicas, cum multas vrbes adieris, vbi nam potissimum lucratus es? Num Lacedemone, quo frequentius es profectus? h. r. Non per Iouem, o Socrates. s. o. c. Quid ais? nunquid minimum? h. r. Imo nihil penitus vnquam. s. o. c. Monstrum est & mirabile quod dicis, o Hippia, ac mihi dic, Vtrum sapientia tua illos qui tecum versantur disicuntque, meliores ad virtutem efficere possit, necne? h. r. Et maximè quidem. s. o. c. Nun-

Priuscos præferre semper recentioribus.

Gorgias.

Prodicus.

Protagoras ante Gorgias & Prodicus.

Anaxagoras amplum dissipatisque dicatur.

quid Inyccorum ciuim filios meliores reddere potuisti? filios autem Spartanorum minime? h. r. Abis. s. o. c. An forte Siculi meliores fieri student. Lacedæmones negligunt? h. r. Imo & Lacedæmones idem affectant. s. o. c. Num pecuniarum defectu tua consuetudine caruerunt? h. r. Nequaquam satis enim diuites sunt. s. o. c. Cum igitur sapientiam adficerent, & suppetere facultates, tuque illis magnas utilitates afferre posses, cur non inde cupletissimus rediisti? An forte ipsi Lacedæmones melius quam tu filios suos erudiunt? Vis ita dicamus, actu contentis? h. r. Nullo modo. s. o. c. Vtrum iuuenibus Lacedemone persuadere non potuisti, vt tibi adherentes magis proficerent ad virtutem, quam si cum suis vixerint? An parentes inducere non potuisti, vt tibi filios potius quam diligentia suæ committerent, si modo filiorum curam haberent? Neque enim adeo inuidebant filiis, vt optimos euadere nollent. h. r. Equidem inuidisse non arbitror. s. o. c. Nunquid Lacedemone bonis legibus instituta est? h. r. Bonis profecto. s. o. c. In ciuitatibus vero bonis legibus institutis virtus maxime omnium honoratur. h. r. Maximè quidem. s. o. c. Tu autem hanc aliam tradere, præ cæteris hominibus optime nosti. h. r. Profus, o Socrates. s. o. c. Qui facultatem equestrem egregiè docere potest, nonne in Thessalia magis quam in reliqua Græcia colebatur, lucraturque plurimum, similitudine & alibi vbiuicque hæc ars in pretio est? h. r. Contentaneum id quidem. s. o. c. Qui ergo pons est præclarissimæ virtutis præceptis iuuenes instituitur, cur non Lacedemone summopere honoretur, ubique innumeras aliam pecunias cumulet, ac similitur in quacunque ciuitate Græcorum virtus maxime estimatur? At forte in Sicilia magis & Inyca, putas ista credere debemus Hippia. Si tu iusseris, credendum est. h. r. Non est, o Socrates, mos patrius Lacedæmonis mutare leges, aut præter solita filios erudire. s. o. c. Quid ais? Lacedæmonibus haud patrium est, rectè agere, sed aberrare? h. r. Id haud ego asseruerim. s. o. c. Rectè vero agerent, si melius, non si deterius iuuenes eruderent? h. r. Rectè verum peregrinas disciplinas lex illorum non admittit. Alioquin si quis vnquam alius tibi docendi gratia lucratus esset, scito me plurimum fuisse lucraturum. Latantur ergo cum me audiunt, laudantque: sed vt dicebam, lex illorum peregrina vetat. s. o. c. Legem, o Hippia, perniciosam ciuitatis, an salutem vocas? h. r. Constituitur, mea quidem sententia, vtilitatis gratia lex, nonnunquam tamen obest, si malè sit constituta. s. o. Nonne vt maximum quoddam ciuitati bonum legem constituant latores legum, legè que su blata, legitime in ciuitate viuere non possumus? h. r. Vera loqueris, s. o. c. Quoties igitur a bono aberrant hi qui leges ferre nituntur, a legitimo legè que discedunt. Quid ad hæc? h. r. Exacta quidem ratione scire seras habet, o Socrates: non tamen sic homines nominare consueuerunt. s. o. c. Vtrum, o Hippia, sciētes an ignorantes? h. r. Vulgus. s. o. c. At qui verum cognoscunt, vulgus sunt? h. r. Nequaquam. s. o. c. At vero cognoscētes, hi quod vilius est magis legitimum, quam quod inutile, reuera omnibus hominibus esse censent. nonne fareris? h. r. Fateor equidem ita reuera esse. s. o. c. An non ita est, vt scientes existimant? h. r. Profus. s. o. c. Præstat autem, vt tu ais, Lacedæmonios disciplina tua licet peregrin-

Hic videri est artem certissimam.

regina quam patria imbui. h. r. Et vera loquor. s. o. c. Quinetiam quæcunque vtiliora sunt, magis legitima sunt. Hocene dicis, o Hippia? h. r. Dixi equidem. s. o. c. Ergo secundum rationem tuā magis è lege est, vt Lacedæmoniorum filij ab Hippia, quam a parentibus doceantur, quandoquidem tu magis quam illi reuera prodesse. h. r. Prodessem proculdubio Socrates. s. o. c. Contra legem igitur agunt Lacedæmonij, cum tibi filios suos erudiendos auri oblata mercede non tradant. h. r. Assentior equidem. videris enim pro me dicere: quam obrem repugnare tibi non decet. s. o. c. Bonatum legum, o amice, expertes Laconas esse inuenimus, & in rebus quidem maximis, cum tamen optimis legibus vri videntur. Te vero quando potissimum laudat, Hippia, & quibus rebus audiendis præcipue delectantur? An videret cum illa naras, que ipse egregiè nosti, alia celestique progressus? h. r. Nullo modo hæc sustinent. s. o. c. Num geometriæ sermo illos oblectat? h. r. Minime omnium: nam multi admodum ex illis, vt ita dicam, ne numerare quidem sciunt. s. o. c. Longè igitur abest vt tatiocinationes libenter audiant. h. r. Longè per Iouem. s. o. c. Nunquid illa que tu acutissime omnium hominum intelligis literari syllabarumque distinctiones, rhythorum harmoniarumque naturas? h. r. Quas, o bone vir, harmonias ac literas? s. o. c. At que tandem ista sunt, que audientes illi lætantur, teque laudant? Tu saltem referas, postquam ego inuenire non possum. h. r. Strepent heroum atque hominum, & habitationes, vt vrbes quondam extractæ sint, ac summam omnem antiquitatis historiam arte reddiunt. Quæ circa illorum causā edicere, & meditari que huius generis omnia coactus sum. s. o. c. Quam bene tecum actum est, o Hippia, quod Lacedæmonij molestè ferant, si quis nostros principes incensens a Solone recensent? Alioquin corum nominibus ediscendis fatigari oportuisset. h. r. Quid fatigari Socrates? semel audiens quinquaginta nomina, memoriter repetant. s. o. c. Ain verò? Sed ego te memoria polleere non aduerteram. Quapropter Lacedæmonios te mentè delictari tanquam multarum rerum penitiam intelligo, teque perinde vti, ac amicis pueri, ad confabulandum inuicem. h. r. Per Iouem, o Socrates, nuper ibidem de pulchris studiis, quibus incumbere inuenem decet, differens admirationi fui. Extat enim deus a me composita luculenta quædam oratio, que præcipua verborum elegantia pollet, forma verò & principium orationis eiusmodi est, Capta, inquit oratio, Troia, Neoptolemus Nestorem interrogauit, que pulcherrima essent, quibus incumbens iuuenis, vie illustris euadat. Cui respondens Nestor, multa & pulchra præcepta recenset. Hanc equidem orationem ibi ostendi, & hi quoque tertio ab hinc die in Phidostri ludio, atque insuper alia multa auditu digna ostensus sum. Euides enim Apemanti filius me rogauit: Quare da operam, vt tu quoque adis, & alios tecum duces, quecunque id genus dicta iudicauerint? s. o. c. Ita fiet, si Deus voluerit, Hippia. In presentia autem brene quiddam de hoc ipso responde, nam oportune me admonuisti. Nuper enim, o vit oprime, cum in sermone quoddam alia vt pulchra laudarem, alia vituperarem vt turpia, hæc quædam in medium dubitationem induxit, me valde contumeliose sic interrogans: Vnde tu Socrates pulchra turpiaue cognoscis? potène quid pulchrum

sic definire? ego autem ob ignauiam meam hæc ita ui, neque quod accōmodate respōderem habui, atque ex cætu hominū abiens, mihi ipse iratus sum, ruditatēque meam vchementer acceptauit: ac minatus sum, cum mihi primum quæcumque vestrū qui sapientiam proficemini, obuium haberet, conatur, vt id audire ac discere, & diligenter præmeditatus, ad eum qui rogauerat reuerti, vt rursus eadem de re depugnem. Quapropter nunc tu, vt dicebam, peropportune venisti. Doce, obsecro, me quid ipsum pulchrum est: conare, inquit, diligētissime omnem respondendo rem aperire, ne iterū redargutus iridear. Nosti enim perspicue, idque exiguū quiddam est: multis disciplinis quas tu calles. h. r. Exiguū per Iouem Socrates, & nullius, vt ita dicam, pretij. s. o. c. Facile itaque discam, neque vllus vltimius me refellerit. h. r. Nullus certe. Vile nanque & rude studium meum esset. s. o. c. Per Iouem bene loqueris Hippia, si virū illum capiamus. Verū num tibi immedimeto furo, amittas illum si tibi respondenti me opponam, vt me magis exerceas? Ferme enim obiciendi formas quoquo modo teneo. Si ergo nihil molestū est, opponā ego me tibi, vt vchementius sis mihi que perdidisti. h. r. Obice vt lubet: nam vt modo dicebam, nō ardua quæstio est, sed ad difficiliora te respondere docerem, vt nemo te refellere possit, s. o. c. Quam bene loqueris! At postquam tu vides, eius ipse persona indutus, te interrogare aggredior. Si illi sermone tuum de pulchris disputatē officijs ostendisses, quin primum sinem dicenti fecisses, de nullo alio prius quam de pulchro quæsisset. Mos enim hic suus, & in hunc modum interrogasset. O Elien sis hospes, nonne iustitia iusti sunt quicunque iusti? Responde quæso Hippia, tanquā percontante illo. h. r. Iustitia profecto. s. o. c. An non aliquid hæc ipsa iustitia est? h. r. Profus. s. o. c. Et sapientia sapientes sunt quicunque sapiunt, & bono similitur bona omnia que bona sunt? h. r. P. Quid prohibet? s. o. c. Sapientiam verò & bonum secundum se esse oportet. Nam si ipsa nō essent, alia per illa nunquam talia fierent, h. r. Sic est. s. o. c. Nonne & pulchra omnia ipso pulchritū sunt pulchra? h. r. Pulchro certe. s. o. c. Estne igitur ipsum pulchrum? h. r. Est præculdubio, sed quorsum? s. o. c. Hic ille itam quæret: Die hospes, quid hoc ipsum pulchrum est? h. r. Num qui hæc interrogat, audire aliud querit quam quid sit pulchrum? s. o. c. Non mihi videtur, sed quidnam est ipsum pulchrum? h. r. Quid hæc ab illo differat? s. o. c. Nihil tibi videtur? h. r. Nihil certe, non enim differat. s. o. c. Constat autem te melius nosse. Considera tanquam quæ res pulchra est, ille petit, sed quid ipsum pulchrum est. h. r. Intelligo iam, o bone vir, & quod ipsum pulchrum est, respondebo adeo vt nunquam redarguar. Si verum dicere oportet, scito Socrates, virginitatem pulchram ipsum pulchrum esse. s. o. c. Præclare per canem, o Hippia, & decore admodū respondisti. Nunquid ergo si hoc respondero, ad interrogata respōsum erit & rectè, neque refellat? h. r. P. Quæ te ille ratione contripiet, si quod omnibus videtur, & de quo audientes singuli pro te testabuntur, respondetis? s. o. c. Est sane. Sed mecum ipse, o Hippia, quod dicit, reputo. Ille si quidem ita percontabitur. Ageresponde mihi, o Socrates, hæc omnia que pulchra dicuntur, si quid ipsum pulchrum est, per ipsum sunt pulchra: ego autē respondebo. Si pulchra virgo, ipsum pulchrum est propter quod hæc pulchra sunt. h. r. Puta sine

Estorfo, vt confiteatur rem esse.

Cæciliorem esse querunt quid sit.

Prima de hinc falsa pulchra.

Confutatio definitio.





